

CARMINA SCRIPTA

IN SOLENNEM

NUPTIARVM FESTIVI-

TATEM, IUVENIS PIETATE,

VIRTVTE, DOCTRINA,

QUE ORNATISSIMI, DN.

AVGVSTINI CRYSII,

Patricii Halensis; prudentissimi & optimi viri,

Dn. Augustini Crusi, Senatoris quon-

dam in inclytâ repub. Halensi.

præcipui p. m. Filii,

Sponsi:

ET

Leetissima, atq. pudicissima Virgine

MARGARITAE,

Clarissimi, & doctissimi Viri, Dn.

M. CHRISTOPHORI CAESARIS;

laudatissima Schola Halensis (cui jam

annos servit unum de triginta,

fideliter) Rectoris,

filia, Sponse:

CELEBRATARVM Halæ Saxonum

V. Die M. Febr. Die Agathæ;

Anno MDC.

AB AMICIS.

☞ ☞

47



Quod felix!

**AD SPONSVM, CÆSARIS
GENERVM,
Iocus ænigmaticus.**

Quam nos duos, CRVSI, beat Cæsar! recens
Me Laureâ Poëseos Te Filiâ.
Ter sed, ð. nostrum beanti gratie
Augustiores, SPONSE, debet gratias?
Sum debitor! Sed CRVSIVM plus Cæsari
Debere, per dotis probo præstantiam.
Quâ namque Cæsar dote maectat hoc caput:
Nec os habet, nec ossa: carnis indiget.
Imò, caput tantum coronat; VNIO
Contra TVVS, Crusi, coronat omnia:
Sese, Virum, domum, genus, peculium.
Vltra probo! Me vix DIE dos adjuvat:
Tuc DIE NOCTVQVE dotis usus est.
Grator tibi beatitates; chrysmè
CRVSI, quibus me vincis, Hem! beatior
Te vinco rursus parte certâ: Lauream
ROMANVS ille dat mihi CÆSAR, tibi
CÆSAR Halensis Margarin. Pax! Margaritæ
Acore aceti frangitur; NON Laurea.
Ignosce gripho! Plura mox coram, Deo
Nam dante, præstò sum futurus nuptiis,
Plenus ferinâ carne; plenus munere.

Ex inclitâ Sundershusâ tædis
Casarianis præmittit.

Matthæus Zimmerman Arnstadenstis,
Rector Scholæ Poeta Casarius.

Nvideat figulus figulo, vates quoq; vatis
 Non MIHI nec vati, non mihi nec figulo,
 Qui laudo Vrceolum (seu malis, pone Culul-
 Non fictum si:uli leve torqueuma rotâ; (lum)
 Nec quoq; confectum de nobiliore metallo,
 Nec quovis alio, terra quod alma parit-
 Sed natum COSTA, Nam IOVA ut fecerat Evam,
 VRCEVS ex COSTA sic dedit VRCEOLVM,
 Nec velut argillâ plebeia vascula ficta
 Humorem quemvis arripit atq; tenet.
 Sed scatet infusâ PIETATE, MODESTIA, &
 Potu nectareo quæ potiora DEVM; (ARTE,
 Atq; BONIS aliis, ceu divite Copia cornu
 In se quæ verè continet Vrceolus.
 Hastenus (hariolor) nil quicquam defuit illi,
 GEMMULA quàm fulgens & preciosa satis,
 Quam per translucere volet quas continet intus
 VIRTUTES reliquas; quæ sine LUCE nihil.
 Addidit hanc illi superùm modo numine gemmam,
 Qui de CAESAREO nomine nomen habet;
 Cæsareo gemmam prognatam viscere, gemmam
 Puram, candidulam, quæ sine labe nitet.
 Nunc nunc Vrceolus perfectus; & insuper omnis
 Parte omni virtus emicat urceoli.
 GEMMULA splendorem, de se jactat ipsa refulgens,
 Illustrans claras, non sine laude, domos.
 Foelix, ô foelix CONIVNCTIO talis ubi alter
 Consors alterius LVCIS, HONORIS, ovat!
 VRCEOLVS vivat; sit salvus & integer usq;
 Nec pereat, fragilis ceu citò testa perit:
 Vrceolo inq; harena maneat quoq; GEMMULA salva,
 Et virtute sua tristitia quæq; fuget!

A 2

Tandem

Tandem utriusq; domum generis fulgore corusco,
Virceolis, gemmis augeat, ornet! Amen.

M. Iohann. Caius, Rector Neandr.
Scholæ in inchyta Ilfeldâ, fudit non ad vrceum,
nec ad Murtiam, sed ad Myrrham.

AD SPONSVM.

Augusto augurio te dixero, Sponse, beatum,
Cui pacta gemma MARGARIS
Contigit, obryzo qua nec redimenda sit auro,
Vel si quid auro carius.

Pol! fulgore suo gemmas supereminet omneis,
Quas bracteatoris manus

Perpolit, ut nitida fiant, oculosq; titellent,
Hæc ascia non indigens

Intus habet, non auriculis committit elonchos:

Segetis probæ seges proba,
Cui hæc bacca domus vere est, haud liquitur æstu
Mali, sed obduras magis.

AVGVSTINE jugis hæc ulnis excipe, ut auro
Inclusa sit gemma anulus,

Pectora (non palmas) qui vinciat, obses amoris,
Ceu pronubi est jus anuli.

Hæc fructuere, ut variâ pariat virtute nitenteis
Gemma annuatim gemmulas.

Vt q; tibi serò fati liquefiat aceto
Perfusa, Clothûs vis duit.

Andr. Manderus, ejusdem
Scholæ Conrector.

ΜΕΛΕΤΟΥΑ

Ad ornatiss. V. Dn.

AVGVSTINVM CRVSIVM,

Saxohalensem, &c. Sponsum:

AVGVSTINVS CRVSIVS,

ἀναγραμματιζόμενος

ARGVTVS VINCIS VSVS.

CAESARIS AVGVSTVM conscendit nata cubile
Margaris, AVGVSTO sint bona fata toro!
Vita labore dedit quidnā mortalibus umquam
Absq; gravi? Quos non Cypridos urget onus?
Scilicet hoc, licitæ Veneris qui carcere curris,
Exemplo poteras, Sponse, docere tuo.
Quot pedicas Coluber locat ater amantibus? illos
Quam studet ambiguis implicuisse dolis?
Hos tamen ARGVTVS VINCIS, non degener,
Et Venus imperiis paret amica tuis. (VSVS,
Cæsar ut, AVGVSTI clarissima fama lycei,
Margarin AVGVSTO jungat amore tibi.
AVGVSTINE feras AVGVSTAE munera fortis
Candida, per longos quæ micet alba dies:
Cæsaris AVGVSTO tibi nata fruatur amore,
Et beet AVGVSTA fertilitate domum!

MARGARITA CAESARIS.

ἀνάγραμμα:

CAESATRISTI MARGARA.

Ad Cl. V. Dn. M. Christophorum Cæsarem; &c.

TRistis eras, (Stulto vulnus non ungue revellam)
Cumq; tuas lacrimas IOVA videret, ait:

A 3

Iam

Iam libro matenti dulcissima gaudia cordi,
Candida mox TRISTI MARGARA CAESA
Post alio Casar nato latabitur, acer (cadent.
Qualem vix poterat fingere Pythagoras.
Nec mora succendit castos feliciter ignes,
De quibus igne pari pectora bina calent.
CRYSIVS, AVGVSTVM cui dat sacra lotio nomen,
Margarin ardet amans Caesaris inde suam.
Quem facili CAESAR natum complectitur aura,
Ergo mihi, dicens, filius alter eris.
Gratulor optatum generum: prece posco Tonantem,
Dures is ut senii fida columna tui.

Boni ominis & observantiae ergo f.

M. Johannes Schuccelius Arnsta-
densis dicens pro tempore in Ecclesia
& Schola patriae.

AD SPONSVM CRYSIVM.

BN tibi, SPONSE, Agatham Sponsam dat,
Dorotheamq;
Ipsa dies Agathae Dorotheaeq; sequens!
Talis namq; Eva est lectissima MARGARIS, & quodd
Lecta tibi a Domino est, ergo etiam ipsa Bona est,
MARGARIN at talem Dominus pluit aethere Sponsor
Ejus qui legum iussa verenda facit. (tuere:
MARGARIN ergo bonam & lectam fove, ama, atq;
Utq; Dei donum est, sic sua dona feret,

Affinitatis ergo,

M. Sebastianus Starck Greuffensis,
Scholae patriae Reor.

Ad

Ad doctiss. Dn.
Christoph. Cæsarem, &c.



Vis excelsus auct Dominus concedere vitam,
Hos prius ad stygias pellere sœvit aquas.
Et quos constituit stellat, tollere Cælo,
Hos finit antè nigras Ditis adire domos.

Cestam sic tecum suavem, celeberrime Cæsar,

Ad Ditis portas abiicit atq; necis:

Exuvias gnatus doctas ubi peste peremptus

Ponit, & in mundo desinit esse malo.

Nec non ignivomir apuit de faucibus Orci,

Lætitis vita reddidit atq; bonis:

Dam fecit, ut lati generum cernatis honestum,

Cujus in amplexus filia casta datur.

Ut fas est igitur, vobiscum pectore toto

Tollimus excelso iuvila sancta polo.

Innumeros summus faxit Deus omine fausto

Natorum videant lamina vestra greges.

Ioachimus Manardt Sondershusinus,

Scholæ patriæ Conrector.



O Erroribusq; gaudiisq; præfixi

Sunt limites, facessat ergo lugubre,

CAESAR, peplum: sat manibus datū Gnati,

Procul facessat eja, MARGARIS, peplum:

Sat namq; manibus pii datum Fratris.

En! mortui qui suppleat vicem Gnati,

Iam CRVSIVS, Cæsar, datur tibi Gnatus.

En! mortui qui suppleat vicem Fratris,

Iam, Margaris, novus datur tibi Frater

Optatiorq;

Optatiorq; fratre millies centum,
H I C est Nepenthes; H I C Philonium verum.
Sis Vitis huic contrà; sis huic Chamædaphnes;
Huic basiunculas dabis, dabis blandas
Tot morsiunculas, quot Africanæ
Est pulveris, quot siderum polo sudo.
Salvete Turtures! Soloq; cæloq;
Vos gaudio indeplebili bect I O V A .

DAVID SPEISER, Sonders.
LL. Studiosus.



Ex officina PAULI GRÆBERL

DAVID SPEISER
LL. Studiosus.
H I C est Nepenthes; H I C Philonium verum.
Obersiebenbrunn bei Wien 1774

A 2490

ULB Halle

3


003 485 986




sb

kom







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

LII

51

CARMINA SCRIPTA
IN SOLENNEM
NUPTIARVM FESTIVI-
TATEM, IUVENIS PIETA-
TE, VIRTUTE, DOCTRINA,
QUE ORNATISSIMI, DN.
AVGVSTINI CRYSII,

Patricii Halensis; prudentissimi & optimi viri,
Dn, Augustini Crusi, Senatoris quon-
dam in inclytâ repub. Halensi
præcipui p. m. Filii,
Sponsi:

ET

Lectissima, atq; pudicissima Virgine

MARGARITAE,

Clarissimi, & doctissimi Viri, Dn.
M. CHRISTOPHORI CAESARIS;
*laudatissima Schola Halensis (cui jam
annos servit unum de triginta,
fideliter) Rectoris,*
filia, Sponse:

CELEBRATARVM Halæ Saxonum
V. Die M. Febr. Die Agathæ;
Anno MDC.

AB AMICIS.

ne 20

742